Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

Vespere autem sabbati que lucescit sine titulo
in prima sabbati venit Maria Magdalena
et altera maria videre sepulcrum Et ecce terremotus
factus est magnus Angelus enim domini descendit de
celo et accedens revolvit lapidem et sedebat super
eum Omelia venerabilis Bede sine pronunciacione Vigi
lias nobis sacratissime noctis huius sic ex lectione evan
gelica fratres karissimi audivimus resurrectio domini ac salva
toris nostri dedicavit Juste enim hanc pro eius amore
vigiliis celebramus et ympnis qui pro nostro amore
in ea dormivit in morte ac de morte voluit ex
citari R Estimatus sum cum descendentibus in lacum
factus sum sicut homo sine adiutorio inter mortuos liber V
Et sicut vulnerati dormientes proiecti in monumentis quorum
non est memor amplius et ipsi quidem de manu tua repulsi
sunt Factus sum sicut Lectio octava Nam sicut
apostolus ait Mortuus est propter delicta nostra et resurre
xit propter iustificacionem nostram Quod ipso quoque sta
tu temporis quo vel mortuus est in cruce vel
a mortuis resurrexit ostendit Circa horam quippe
nonam cum inclinata iam esset ad vesperam dies
et tepefactus esset a meridiano fervore ardoris
solis misterium victoriosissime passionis consu
mavit cum se insinuans propter auferenda scelera
quibus a divina luce et dilectione in huius noctem
peregrinacionis incidimus crucis subisse patibulum
R Agnus dei christus ymmolatus est pro salute mundi
nam de parentis prothoplasti fraude factor condolens quando
pomi noxialis morsu in morte corruit ipse lignum tunc
notavit damna ligni ut solveret V Christus factus est
pro nobis obediens usque ad mortem mortem autem crucis Damna
Lectio nona Surrexit ergo christus mane
prima sabbati que nunc dies dominica vocatur manife
ste docens nos a morte anime resuscitatos in lucem
perpetue felicitatis esse perducturum Ipse aliud etiam
nobis memorabile misterium tempore sue passionis
sepulture et resurrectionis intimare curavit
Sexta quippe feria crucifixus est sabbato
quievit in sepulcro Dominica resurrexit a
mortuis R Sicut ovis ad occisionem ductus est